



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Gerundia accusatiui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)



## Ioannis Despauterij Niniultæ.

matris & uidendę, quia matris est foemi. gene. singularis, & sic in reliquis, ut uenio causa uidendę matris, & est per gerundiũ locutio multo lepidior, ut aiunt quicũq; de hac re meminerũt. Notã igit̃ rem faciã per singulos obliquos. Oui. Sit modo placandę copia parua tui, hoc elegãtius est q̃ copia placandi te, sic reliqua hic subijcienda declarent p̃ceptor. Ioãnes colligēdi sui causa rus se cõtulit. i. ut uulgus diceret, iuit ad campos causa recreationis, uel pro acuedis sensibus suis. Cice. L. Crassum quasi colligēdi sui causa se in Tusculanũ cõtulisse. Petrus & Paulus colligendorũ sui causa rus se contulerũt, durũ uidet̃. ideo Cice. irridēdi sui dixit, ubi sui est pluralis numeri. sic Liuius, ut ante notauimus, quos sequi citra affectationē non oĩno dissuadeo, ut nec ipse Valla, sed pergamus. Tui uidendi cupidus causa epistolas cõficiendę gratia cõponendorũ librorũ, mittēdarũ literarũ &c. Est tamen ubi per gerundiũ loqui nõ licet, ut quoties oportet loqui p̃ res latiuũ, ueluti hic dies attulit initiũ dicendi quę uellē, non autē dicendos quę uellē. Cice. Equidē efferor studio patres uestros (quos colui & dilexi) uidēdi. Nam durũ fuerat futurũ studio uidendorũ patrum uestrorũ quos colui & dilexi, hec Valla. Cuius & hęc sunt uerba in eo. cap. Quo in loco breuissime stultorũ quorundã opinionē reprehendamus, qui aiunt recte dici causa essendi rex, essendi regis, essendi regē, quũ nusc̃q; essendi reperiaĩ, & si reperireĩ non regeret casum sicuti manendi, uiuendi, existendi, hęc ille. licet igit̃ essendi in logicis, aut phylis inuenies, nolim te imitari. Terẽ. Id faciebat eius redimendi causa. Virg. Tãtus amor florũ & generandi gloria mellis.

### Gerundiũ datiuũ,

Datiuũ gerundiã casum nulla regunt, ait Valla absurdũ sit nãq; dicere, do operã colēdo agrũ, uel legēdo librũ, sed per gerundiũ solũ loqui conuenit, ueluti uaco agro colēdo, uineę pastinãdę, nemori succidendo, agris, uineis, nemoribus procurãdis. Soluēdo ut iterũ dicamus cũ uerbo substãtiuo regit datiuũ. Quinti. Pauperi soluēdo nõ sumus. interdũ etiã aliũ casum, ut apud eundē. Maximi tamē uiroꝝ & quibus artis suę soluēdo nõ sit humanitas. sed dubitari potest inquit Valla, datiuus ne sit an ablatiuus.

### Gerundiã accusatiui.

De actõ, ueni ad salutandũ fratrem, salutandã sororē, salutandũ mancipium, sic in plurali, & ponunt hęc pulchre cum his uerbis loco, cõduco, mando, curo, habeo pro debeo, & si qua sunt talia uerba, alio qui semp̃ p̃positio adderetur, ut locatiũ faciendã sepulturã. Conduxi columnã faciendã. Mandauĩ furem rapiendũ. Curaui lapides iaciendos



dos. Curavi literas mittēdas, quod ineptuli dicerent feci mittere &c. habui petrū consolandū &c. Si quis doctissimorū testimonia petat, legat Vallā e quo hęc fere cōpilauimus. Quicquid est, dictę orōnes sunt elegantissimę.

### Gerundium ablatiu.

De ablatiuo, laboraui in colendo agro, in cōficiēda epistola &c. Si ne p̄positione magis plurali utimur. Cice. Orationē autē latinam profecto legendis nostris efficiēs pleniorē. i. legendo nostra, sine p̄positione ponitur bene gerundiū ablatiu casus actiue & passiue. Actiue quidē. Persi. Ne liceat facere id quod quis uitabit agēdo. Ouidi. Quinetiā accēdas uitia irritesq; uetando. Sed dicit Valla. Cauēdum ne uerbū significet motū, quale esset reuertor ab arādo uel ab arāndo agro &c. Quū sit dicendū reuertor ab aratione, uel ab aratione arui &c. hęc ille.

### Supinum in um.

De supinis in gerūdijs memini, ideo breuis ero. Supinū duplex est in um. & in u. quare autē sic dicat, Nebrissen. fatet se nescire, quoniā nihil simile est inquit, inter uerbū & supinū, & rem supinā, nisi supinum forte supinū aliā habuit reconditiōrē significatiōnē q̄ sit illa q̄ in promptu est, a qua supina dicta sunt. Lanci. uult dici quasi subitina, quia sine tēporibus subeūt ex uerbo ad participia, uel quasi superuentia, sed supersedeo, quā sententiā meā in ca. v. operis nostri manifestabimus. Supinū itaq; in um. iūgitur uerbo et participio motus ad locū, saltē latētis, eo factū, impersonaliter autē factū itur. unde Gel. declarat recte dici, factū iri audio illi iniuriā. i. audio operā dari ad contumeliā illi faciēdā. quo fiat iniuria. sic quoq; uulgo dicitur, ait Gel. Sed paulo remotius est illud Catonis, factū itur iniuria mihi uel tibi &c. De motu latēte. Hora. Spectatū admissi risum teneatis amici, do filiā nuptū. Conductus sum cantatū, lectū &c. Plau. in Aulu. Cōgrio coquus ad Euclionē. Heu senex pro uapulādo hercle ego abs te mercedē petā. Coctū ego nō uapulātū, dudū cōductus sum. Supinū in um id significat q̄d gerundiū cum p̄positōe ad, nisi q̄ hoc etiā sine motu significat, illud minime, uelut uado spectatū. i. uado ad spectandū, at sedeo ad cantandū, nō sedeo cantatū, neq; maneat se sum, ut ineptuli loquūtur. Supinū a nullo deriuari sicuti nec p̄teritum perfectū indicatiui, testat Nebris. quia sępe nullius proportiōnem sequitur, do uenū, & si quid eiusmodi legat, superioribus annumeretur. Valla & post eū Lanci. dicunt in um, actiue solū significare, aut neutraliter, teste Carisio, in u. tantū passiue, ut in um, qnq; dē